



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LV. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem Hospital des heil. Geistes zu Stendal 3 1/2 Hufen Landes bei Schönwalde, am 12. Juli 1295.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

rum Burgenſium noſtrorum videlicet ſcabinorum Stendaliensium iſtis ſcabinis proprietatem prouentuum ſive reddituum duorum manſorum in villa Swechten cum omni jure et ſexagenam pullorum et ſex pullos in dicta villa donavimus poſſidendos, quemadmodum Johannes, filius Heyſonis quondam monetarii, a nobis diſcoſcitur habuiſſe, Ita eciam, quod iſti redditus jam predictos divertere poterunt ad quamcunque eccleſiam vel monaſterium duxerint divertendum. Pro dicta namque proprietate iidem ſcabini nobis duodecim marcas argenti libero animo donaverunt. In cujus ſiquidem donacionis evidenciam ampliorem preſentem literam iſtis dedimus ſigillorum noſtrorum titulo communitam. Actum et datum Tangermunde. Anno ab incarnatione Domini MCCLXXXIII. in craſtino ſancte Margarete virginis, preſentibus venerabili Domino Johanne Epifcopo Hauelbergenti, Domino Johanne, quondam decano Stendaliensi, Domino Gerharde de Kerkowe, Domino Zacharia, curie noſtre notario, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stendaliſchen Rathſarchives 27. Früher in Lenz Br. Urſ.-Sammlung S. 137. abgedruckt mit der Jahreszahl 1288.

LV. Die Markgrafen Otto und Conrad verzeignen dem Hoſpital des heil. Geiſtes zu Stendal  $3\frac{1}{2}$  Hufen Landes bei Schönnewalde, am 12. Juli 1295.

Otto et Conradvs, Dei gracia Brandenburgens es et de Landesberg Marchiones, omnibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul cum tempore in oblivionis tumulum transferantur, dignum videtur et eſt, vt ea, que per nos ſunt et a noſtris ſucceſſoribus rata et firma permaneant, in ſcripta publica redigantur, et teſtium ſubſcriptione firmiter muniantur. Hinc eſt, quod univerſis criſti fidelibus tam preſentis temporis quam poſteri, cupimus eſſe notum, quod nos tres manſos cum dimidio, ſitos apud villam Sconewolde cum omni jure et proprietate Domui ſancti Spiritus in Stendal dedimus et contulimus liberaliter, abſque precaria, exactionibus et ſeruiciis aliis quibuſcunque perpetuis temporibus poſſidendos, ita tamen quod Pachtia illis ſoluatur, qui Pachtam habere et recipere conſueuerunt de manſis predictis, prout ſolui communiter eſt conſuetum. Teſtes hujus rei ſunt: Dominus Otto dictus Gans de Potliſt, Henricus de Wardenberg, Gerhardus de Kerkow, Thidekinus de Quitſow, milites, Nobelin, Advocatus noſter in Tangermunde, fideles noſtri et quam plures alii fide digni. In cujus rei credulitatem et notiūam pleniorē preſentes conſcribi juſſimus literas et ſigillorum noſtrorum firmari juſſimus munimento. Actum Tangermunde et data per manum Domini Johannis dicti Paſſer, Canonici Stendaliensis, capellani et notarii noſtri, ſub anno Domini Milleſimo ducentefimo nonageſimo quinto, ſeria tertia ante diuifionem Apoſtolorum.

Nach dem Originale im Stendaliſchen Rathſarchive No. 28.